de cuiuscunqꝫ populi salute agatur quasi nusquam pro illis quicquàm salutare decerni possit, nisi in eo certo loco, uim quidem et miniam facit spiritui sancto, et illi ex cuius merito, et per cuius misericordiam per orbem uniuersum est diffamus. mihi uero si hec ratio ualeret, qua sola nixus uidetur, cum contendis Concilium mutuandum Ridinum redrei oportere, hec scilicet quia Germani illis morbis laborant qui per concilium mutuandum sanari debent. Quid uero si Dani, Gothi, et Boemi, et singuli eisdem morbis laborant; an singulis Generale Concilium domi suę dabitur? Hec uero quando de commoditate loci agitur in celebrationibus Conciliorum, eorum ratio habetur, qui recepti sunt decreta Conciliorum, sed eorum qui faciendi sunt, qui sunt ipsi episcopi, qui presunt in Concilijs, quorum commoditati ea in re maximè consulitur: nec ita spectatur unius nationis hec in re commoditas; quot enim concilia nominari possunt ad exhirpandas unius prouincię hereses in alia indicta et celebrata, quę non minus erant utilia illi prouincię, in qua nata sunt hereses, quàm si in ipsa celebrata fuissent. denique quàm iniquum hoc uidetur, ut Cyprianus locum facto a Germanis de loco certo unius Vrbis statuendo pro concilio

ipsi ceteris libertatem et ius eligendi loci auferre ad sibi uindicare uelint. Hec uero sint dicta ut intelligas cum de concilio celebrando conueniet nullam esse causam, cur tàm pertinaciter de uno certo loco contendi debeat, ut necesse sit ad tàm extrema remedia quia sunt hec genera protestationum uenire, quibus tu nunc apud S.mum D. N. apud quem minimè oportuit uteris; quorum capita in fine tuę prolixę oratonis colligis. ad quę nunc respondebo, sed mutato ordine, ut ad primum caput, in quo contra illos, qui concilium Ridinum Bononiam transtulerunt protestaris eorum factum, ut alienum a legibus, et moribus ecclię et Conciliorum accusans, ultimo loco respondeam: tametsi in his, quę a me supra dicta sunt, quę iuste et legitimè dici possunt a S.te Sua iam intellexisti: Illud autem in primis q. ti S. S.tas uerbo approbare uisa est illam translationem Concilij, sequens maioris partis sententiam cum nondum talis controuersia exorta esset, ut pro ea diiudicanda iudicis personam sumere esset necesse; tamen nunc in eo non persistit re iam uocata in iudicium: sed in fine distinctius declarabitur quid hanc in re S.S.tas respondere statuerit. Nunc quod in secundo capite protestationem eam conuertis contra S. S.tem obijciens eius responsionem ad Al.em Cęsarii